



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Selectae Christiani Orbis Deliciae ex Vrbibus, Templis,
Bibliothecis, et aliunde**

Sweerts, Pierre François

Coloniae Agrippinae, M. DC. IIX.

Complvti.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69234](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-69234)

CORDVBAE.

ANTE PORTAM IN NITIDO
MARMORE.

Erexit factore Deo Rex inclitus urbem
BEMBA, sua celebrem protendens genit's honoris

IBIDEM.

Vos Domini sancti, quorum hic presentia fulgi,
Hanc urbem, & plebem solito seruatae fauore.

C O R D V B A E.

AD S. HIERONYML.

DEO OPT. MAX. SACR.

ANTONIVS MORALES Corduben. In
nesto & vnde quaque probatis. genere or-
tus, Medicinæ Doctor præstantiss. quem
plangunt pauperes, inclamant diuites, & tota pe-
nè Bætica ademptum luget H. S. E. Obiit annos
Iuris M. D. XXXV. AEtatis sui LXVI.

Hoc tibi, care pater, natus cum carmine SAXUM
Dat, cæta obscurus ne te gereris humo.

Nil maius potuit pietas, perculsa dolore,
Quod dedit hac meritis inferiora tuis.

AMBROSIVS MORALES Parenti opt.

C O M P L V T I.

FRANCISCI XIMENI S. R. E. CARD.
Per Ioannem Vergaram Can. Tolestanum.

Condideram Musis FRANCISCVS grat.
de Lyceum.

Condit

B V R G I S.

328

Condor in exiguo nunc ego sarcophago:
Pratextam iunxi sacco, galeamq; galero,
Frater, Dux, Praeful, Cardineusq; Pater.
Quin virtute mea iunctum est diadema cucullo,
Cum mihi regnanti paruit Hesperia.

Obiit vi. Id. Nouemb. CIO. IC. XVI. etatis
tis fermè LXXX.

B V R G I S.

D. O. M.

LOYSAE SIGAE AE
feminae incomparabili:
qui pudicitia cum eruditione lingua r.
que in ea ad miraculum usque fuit,
ex aequo certabat,

FRANCISCVS CVEVAS
miserentiss. coniugi B. M. P.
Vale beata animula,
coniugi dum viuet, perpetuae lacrumæ.

ALIVD.

LOYSAE SIGAE AE TOLETANA E,
sui seculi Mineruæ.
Dochas SIGAE A iacet gelido hoc sub marmore, cuius
Ob mortem miserens, heu! gemit Hesperia:
Et meritò, quoniam Hebreæ, Græca atq; Latina,
Non secus ac patriæ voce perita loqui.
Tot linguis huius rapuit mors seu a puella,
Intenera admirans accumulata simul.
O mors in vanum liuor, diffusa per orbem
Fama volat, sanctam non capit vrna animam.

IOAN. MERVLVS Tolet. pos.

X

Tole-